



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117840

§. 46. Paulus, & Pirrus damnantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](#)

Sæculum VII A.C. 648. Quæstione agentem in Vestibulo Magne Ecclesiæ bujus Urbis Cæsareæ affixum removeri jussimus. Qui huic Decreto adversari ausi fuerint, primo terrible Dei Judicium experientur, deinde nostram indignationem, & si Episcopi sint vel Clerici, deponantur. Monachi excommunicentur, & e sedibus suis ejiciantur. In Dignitate aut Officio constitutæ illo priventur. Hominum privatæ sortis, & divitum Bona Fisco ad dicantur. Pauperes in cute temeritatem luant, & proscribantur. Hic est Constantis Typus.

§. XLVI.

Paulus & Pirrhus damnantur.

Anast. in Theodorus Papa, cum jam satis constaret, Paulum Patriarcham nec Epistolis suis, nec Legatorum suorum horum tatu ad Fidem Ecclesiæ Catholicæ reduci posse, tandem Sententiam Depositonis contra eum pronunciavit. Id factum creditur in Synodo, & quidem in eadem, in qua Pirrhum damnavit; quippe ille, postquam Romæ errorem retractasset, Ravennam delatus, ad vomitum rediit, Hæresin Monothelitarum denuo professus. Credere primum est, eum spe recuperandæ Sedis Constantinopolitanæ ab Exarcho fuisse deceptum; quamvis etiam relapsus post brevissimum tempus

pus suspicioni locum det, conversionem Sæculum VII
ejus sinceram non fuisse. Quod ubi A. C. 649.

Theodorus Papa comperit, convocatis
in S. Petri Ecclesiam Episcopis & Cleri-
cis, Depositionem Pirrhi cum Anathe-
mate pronunciavit; imo, quod alias vix
occurrit, calicem sibi afferri jussit, &
pretiosum Sanguinem loco atramenti
adhibens, Sententiæ subscripsit.

Pirrus in Orientem reversus est. *Conc. Lat.*
At Paulus Patriarcha, ubi se ipsum fuis- *Secr. I.p.91.*
se depositum comperit, aram, quam E-
piscopus Romanus Constantinopoli in
Oratorio Ædium Placidiæ habebat, ever-
tit, & Legatis ejus, qui ibi versaban-
tur, prohibuit, ne in eo loco S. Sacri-
ficium celebrarent. Nec hic stetit fu-
ror; sed etiam Legatos, quosdam Epis-
copos, aliosque Catholicos persecutus
est, quorum aliqui in carcerem inclusi,
alii relegati, alii flagris concisi.

Theodorus Papa haud multo post.
tempore fatis functus anno 649. 14. Maji,
ad S. Petrum sepultus est, postquam Se-
dem annis sex, & mensibus sex tenuisset,
Vir mitissimus, magna charitate, & in
egentes largus. SS. Martyrum Primi
& Feliciani corporibus ex illo, ubi erant,
cœmterio in S. Stephani Ecclesiam
transferri jussis, eandem, atque etiam
Ecclesiam S. Valentini, quam a funda-
mentis erexit, magnis donis cumulavit.

Orato-

Sæculum VII Oratorium quoque S. Silvestri in ædibus
A. C. 649. Lateranensisbus, item aliud S. Martyris
Eupli seu potius Euplii extra portam S.
Pauli construxit, & utrumque multis
muneribus decoravit. Una Ordinatio-
ne mense Dec. creavit Presbyteros vi-
ginti & unum, Diaconos quatuor, & a-
liis temporibus Episcopos quadraginta
sex. Cum Sacra Sedes sex ferme Se-
ptimanis vacasset, electus est mense Ju-
lio Martinus antea Constantinoli Le-
gatus. Is Tuderti seu *Todi* in Hetru-
ria natus Ecclesiæ Romanæ ultra annos
sex præfuit.

§. XLVII.

Concilium Lateranense. Sessione prima.

Quamprimum S. Martinus Pontifica-
tum suscepit, tam proprio zelo,
quam etiam S. Maximi, Romæ tunc ver-
santis, hortatu excitatus Concilium in
Ecclesiam Salvatoris, quæ Constantinia-
na dicebatur, in Palatio Lateranensi
congregavit, quo Episcopi centum &
quinque, si & Papa adnumeretur, con-
venerunt, ex illa Italiæ parte, quæ Im-
peratori parebat, id est, illarum Civita-
tum, quæ Romanæ & Ravennatensi sub-
erant, ex Sicilia, Sardinia, & quidam ex
Africa. Nec in tanto Episcoporum nu-
mero vel unicum nomen Barbarum le-
gitur,

*Theoph. p.
276. to. 6.
Conc. p. 75.*

Martinus
Papa.